

## Questiones

## tercū de Anima

aliqua diuisibilia sicut principia cognoscendi indiuisibilibus. quod nullo modo est diuisibile. sicut indiuisibile tercio modo. Sic e contra est verum. sicut diuisibile est principium cognoscendi indiuisibile. sicut habitus est principium cognoscendi puritatem.

**A**rguitur. omnis cognitio fit per assimilationem cognoscens ad cognitum. sed indiuisibile tercio modo est magis simile intellectui nostro. quam magis cognoscit quam indiuisibile primo vel secundo modo. **A**d id quod duplex est similitudo. quod a est similitudo secundum naturam. et talis non est principium purum puritatis. sicut enim sit magis similia indiuisibile tercio modo. et intellectus et omnia in materia facta sic magis similia intellectui. Alio modo aliqui est simile alteri secundum proportionem. scilicet secundum speciem intelligibilem. et sic intellectus est magis similis indiuisibilibus primo et secundo modo. quia noster intellectus habet similitudines illorum indiuisibilium. sed non potest intellectus noster habere apud se similitudinem indiuisibilium tercio modo. quod hoc indiuisibile cognoscit ex indiuisibilibus primo modo.

**E**t autem dictio quidam aliquid de alio sicut affirmatio vera est aut falsa omnis intellectus autem non omnis. sed qui est ipsius quod est secundum hoc quod aliquid erat esse verus est et non aliquid de aliquo. sed sicut videre proprium verum est. Si autem homo albus aut non. non verum semper. sic autem se habent quaecumque sine materia sicut.

**A**d id quod Aristoteles determinauit de prima operatione intellectus. de apprehensione indiuisibilium. quo modo scilicet talia indiuisibilia cognoscantur. **A**d id quod dicitur de claritate de secunda operatione intellectus. **A**d id quod dicitur de operatione intellectus est sicut dicitur. id est sicut affirmatio vel negatio. quia intellectus dicitur aliquid de aliquo. et hoc contingit quandoque vere et quandoque false. et ideo ille intellectus potest in se habere veritatem et falsitatem. sed intellectus quantum ad primam operationem que est ipsius quod quid est secundum quod huiusmodi semper est verus. **A**d id quod dicitur. quia intellectus in prima operatione non componit aliqua ad inuicem. sed in propria est verus vel falsum proprie. non autem in simplici apprehensione.

**A**rguitur. intellectus in prima operatione non est verus. ergo quod dictum est falsum est. **A**ntecedens probatur. quia veritas est in secunda operatione intellectus. scilicet in compositione et diuisione. ut dicitur in primo peribermennias. sed in prima operatione non est talis compositio. **A**d id quod dicitur triplex veritas. prima est veritas entis. et illa est in ente sicut in subiecto. secundum quod ens refertur ad intellectum a quo talis res dependet. et tunc ens et verum non distinguuntur nisi secundum rationem. Alia est veritas assimilationis. et tunc veritas est in potentis secundum quod assimilantur suis obiectis. Unde visus dicitur verus quia quod in se habet speciem sensibilem vel visibilem illi quod per visum percipitur. Illis ergo duobus modis intellectus potest esse verus in prima operatione. Potest enim esse verus primo modo. quia est ens. et etiam secundo modo. quia potest in se habere similitudinem sui obiecti. Tercia est veritas compositionis. et illa est in propositione vel enunciatione vel compositione concepta sicut in sub-

iecto. et quia compositio spectat ad secundam operationem intellectus. sic consequenter dicere possumus quod talis veritas sit in secunda operatione intellectus. non proprie subiective sed obiective. quia est in obiecto secunde operationis. **A**mpli gratia. nos dicimus quod illa propria mentalis sit vera. homo est animal. ex hoc scilicet. quia est debita habitudo rerum acceptarum ad inuicem in secunda operatione intellectus. et sic oppositio vocalis est vera ex eo quod est debita habitudo rerum acceptarum per terminos in ordine ad conceptum intellectus. **A**d id de illa veritate loquens Aristoteles. sexto metaphisice dicit. quod verum et falsum sunt in anima. Sicut enim bonum et malum accipiuntur per comparationem ad appetitum. ita verum et falsum accipiuntur per comparationem ad intellectum. **A**d id tamen considerandum quod omnis veritas quodammodo potest dici esse in intellectu. sicut in diuiduate vel cognoscere. **A**loquendo enim de veritate incomplexorum. siue de veritate primo modo accepta. tunc veritas est in rebus sicut in subiecto. quia in illo est veritas quod denotat verum. sicut illud dicitur albus quod in se habet albedinem. sed res denominat vera. si veritas reperit in rebus. veritas tamen non est in tali re nisi per operationem ad intellectum. non quemcumque. sed ad illum intellectum a quo res dependet. **A**d id naturalia sicut vera per comparationem ad intellectum diuino. quia dependent ab intellectu diuino. **Sed** artificialia sicut vera veritate entis per operationem ad intellectum nostrum. quia intellectus noster est principium rerum artificialium.

**A**rguitur. intellectus noster est supra tempus. ergo non est aliquid operatio prima secunda vel tertia. **A**d id quod dicitur operatio intellectus potest capi dupliciter. Uno modo ex parte obiecti. et sic non mensurat tempus. quod eius obiectum est esse. quod est ubique et semper. Alio modo accipitur ex parte actus. et tunc ad hoc accipitur dupliciter. Uno modo secundum quod talis actus absolute refertur ad intellectum. et tunc iterum non est mensurabilis tempore. quia tunc intellectus potest operari circa sua intelligibilia in instanti. sicut contingit in substantiis separatis. Alio modo accipitur actus intellectus secundum quod est cum fantasmatibus. et sic actus intellectus est in tempore continuo. et hoc modo. quod fantasmata sicut corporalia et in organis corporalibus. quod visus talium fantasmatum fit in tempore continuo. et ideo in substantiis separatis quilibet res cuius species est apud intellectum sub se separate intelligit in instanti. **T**erium tamen est quod plures nature. id est species rerum non intelliguntur in uno instanti. sed in pluribus instantibus in tempore discreto sibi succedentibus. et ideo mensurantur intellectus talium substantiarum tempore discreto. et sic dicitur beatus Augustinus quod deus mouet substantiam spiritalem per tempus. scilicet discretum et non continuum.

**I**dem autem est secundum actum scientia rei. que vero secundum potentiam tempore prior est in uno. omnino autem neque tempore. **S**unt enim ex actu ente omnia que fiunt.

**A**d id Aristoteles refertur id quod prius dictum est de intellectu et actu. et vult quod scientia in actu est eadem cum re scita. et quod scientia in actu est posterior tempore scientia in potentia. sed simpliciter et in diuersis scientia in actu est prior scientia in potentia. **E**t illa exponenda sunt sicut prius exposita sunt.

2<sup>a</sup> operatio intellectus est

veritas  
assimilatio

compositio